HIERONYMUS
um 836/859 Seite 234v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ad aquilonem & occidentem positus sit unde uentus
frigidissimus oritur & ubi sol ut lum occubit ex quo
ostenditur quidquid ad edulium pertinet uel per errorem
ee. uel p peccato. sin autem & pignorantia offertur
sacrificium. quanto magis p delicti conscientia un
de & iob offerebat mane cotti die hostiam p filiis
suis timens ne pignorantia deliquissent. qt aut
sequitur ut ne efferant in atrium exterius & sci fica
populus qui sci ficationi n fuerat p paratus illud
significat ne facile n sanctificatis sancta tribua
mus. ne mittamus iuxta euangelium margaritas
ante porcos nec demus sem canibus. denique mo
ses tribus diebus ab omni inmunditia & ab uxorum
conplexu uult populum sci ficari ut accedat ad mon
tem sina & sanctificatus sca suscipiat. si autem ac
cessuri ad audienda & suscipienda uerba di sci fi
cari iubentur ab uxoribus; manifestum est. & in lege
illum apostolicum contineri nolite fraudari inuicem
nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi
& ex consensu abstinendum ab uxoribus. ut uacemus
orationi. post haec scriptum est. & deduxit in atrium
exterius & circumduxit me p quattuor angulos
atrii & ecce atriolum erat in angulo atrii. in. iiii.
atriola singula p angulus atrii.